

podagrīcīs inflammationībus cum cylonio  
malo aut aceto prodest. Decocta in acri a-  
ceto malagmatīs in modū quod ex ea-  
dem hydrelao subacta conficitur, & calens  
apposita, lepris medetur. Farinā verò cre-  
mor ex aqua cum pice & oleo decoctus, pu-  
ri mouendo accommodatus est. Ille idem  
ex aceto elicitus si cum pice coquatur, con-  
tra fluxiones articulorum prodest. Cæterū  
hordeacea polenta cohībet aluum, inflam-  
mationēsque mitigat.

*De Zytho.* CAP. CIX.

Ex hordeo Zythum paratur, quod qui-  
dem vrinas eit, renes ac ueruos tentat, sed  
meningas potissimum offendit: inflationem  
parit, vitiosumque succum creat, & elephā-  
tiasin inducit. Ipso verò maceratum ebur,  
obsequiolum & operi tractabile redditur.

*De Curmis.* CAP. CX.

Fit & ex hordeo potus, quem Curmi no-  
minant, eoque sè penumero pro vino utun-  
tur. Verùm dolorem capitis infert, prauim-  
que succum gignit, ac ueruos lœdit. Parant  
ur & similia potus genera ex tritico, quem  
admodum in Iberia Occidentali & Bri-  
tannia.

*De Zea.* CAP. CXI.

ZEA duorum est generum: una quidem  
simplex est, altera à binis granis dico-

cos appellatur, quæ quidem in geminis vtriculis semen coniunctum habet. Plus quam hordeum alit, ori grata: in panifica vero digesta, minus quam triticum alit.

*De Crimno.* CAP. CXII.

**C**RIMNON, crassior est quæ inter modicum sit e zea triticóque farina, ex qua quidem puls conficitur. Abundè alit & facile conficitur: sed aluum vehementius astrigit, si zea ex qua sit, prius tosta fuerit.

*De Olyra.* CAP. CXIII.

**F**IVS DEM cum zea generis est & Olyra, verum quam illa minus aliquanto nutrit. Attamen in panes quoque cogitur, ex eaque similiter crimnon factitur.

*De Athera.* CAP. CXIV.

**A**ATHERA ex zea tenuissime molita patatur. Est autem sorbitio liquidæ puliculæ instar, infantibus conueniens. Est etiamnum & dolorem sedantibus, & pus mouentibus cataplasmatis efficax.

*De Trago.* CAP. CXV.

**T**RAGO formam quidem habet chondro similem: sed multò minus quam zea nutrit, quod aceris multum habeat: quare ægrè quoque conficitur, aliumque

De

*De Avena. CAP. CXVI.*

**A**VENA tum culmo, tum etiam foliis triticum imitatur: sed geniculis distinguuntur. In cacumine vero dependentes veluti paruulas locustas bipedes gerit, in quibus semen continetur, & quem ut hordeum ad cataplasma virile. Quin & ex ipso puls conficitur, alii fistulae vi praedita. Eius vero tremor, tussientibus sorbitione prodest.

*De Oryza. CAP. CXVII.*

**O**RYZA frumentacei generis est, quae palustribus & viginosis locis nascitur. Mediocriter alit, aluumque supprimit.

*De Chondro. CAP. CXVIII.*

**C**HONDRO fit è zea quæ dicoccos appellatur: potentiùs vero quam oryza & alia & aluum cohibet, sed stomacho longè utilior. Decoctus in aceto illitusque, lepras tollit, & vngues scabros pellit, ac incipientibus agilopiis medetur. Eius decoctū dysentericis dolore vexatis infusum idoneum est.

*De Millo. CAP. CXIX.*

**M**ILIVM frugibus cæteris minus alit: in panes vero coactum aut pultis instar preparatum, aluum fistit & vinam cit. Tostum vero & in sacculos inditum, fotu terminibus aliquique doloribus est auxilio.

*De Panico.* CAP. CXX.

PANICUM, quod alij melinen appellant, è cerealibus est seminibus, milio simile: codémque modo in ciborum usum venit, & ad eadem quoque valet: attamen milio & minus nutrit, & minus astringit.

*De Sesamo.* CAP. CXXI.

SESAMA stomacho nocet, & anima gruitatem facit, si quando commanducata dentium commissuris inhæserit. Admota verò, neruorum crassitiem discutit, aurium fracturis & inflammationibus, ambustis item & coli doloribus ac cerasa mortui medetur. Capitis autem dolores ex ardore contractos cum rosaceo lenit. Sed & herba in vino decocta eadem præstat, sed maximè oculorum inflammationibus doloribusque prodest. Ex ipso quoque semine fit oleum, quo Ægyptij utuntur.

*De Lolio.* CAP. CXXII.

OLIVUM, quod è Græcis plerique æram, nonnulli thyaron appellant, quodque inter triticeas fegetes nascitur, molitum, nomas, putrescentia ulcera & gangrenam emarginandi vim habet, si cum raphanis & sale imponatur. Feros verò lichenas & lepras eum sulphure viuo & acero sanat. At cum simo columbino & lini semine decoctum in vino, strumas discutit: & quæ agrè maturantur